

[ABC-bok på latin.].

1700-1829: 78 H z a a ABC-bok



National Library
of Sweden



Kungl. Biblioteket
STOCKHOLM

Underv.

ABC-böck.

Latin.

1700-1829

ABC-bok

Eka Bibliothek

1919

Lundgren Haldensky
711.

756

Carl magnus Lundgren

1703

311

Carl magnus
Carl magnus
1703

Carlac Maria
Lundgren

1703



A B C D

E F G H

I K L M

N O P Q R S T U

V W X Y Z.

A a b c d e f f f g h i k l m n o p
q r s s s t u v w x y z.

A B C D E F G H I K L M N O
P Q R S T V U X Y Z.

A b c d e f f f g h i k l m n o p q r s s s t u v x y z
Vocales, aciouy.

Consonantes, b e d i g h k l m n p q r s t x z.

Num. 1. 2 3. 4 5 6. 7 8 9 10. 11. 12 13 14 15 16 17
18 19 20 21. 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32
33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47
48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 70 80
90 100 200 300 400 500 1000. &c.

GOTHOBURGI,

Excudebat Zacharias Hagemann 1703.

Ab	eb	ib	ob	ub
Ba	be	bi	bo	bu
Ca	ce	ci	co	cu
Da	de	di	do	du
Ac	ec	ic	oc	uc
Aff	eff	iff	off	uff
Fa	fe	fi	fo	fu
Ga	ge	gi	go	gu
Ha	he	hi	ho	hu
La	le	li	lo	lu
Al	el	il	ol	ul
Am	em	im	om	um
Ma	me	mi	mo	mu
An	en	in	on	un
Na	ne	ni	no	nu
Ra	re	ri	ro	ru
Sa	se	si	so	su
As	es	is	os	us



ORATIO DOMINICA.

Dater noster quies in
coelis. Sanctificetur
nomen tuum. Adve
niat regnum tuum.
Fiat voluntas tua, sicut in cœ-
lo & in terra. Panem nostrum
quotidianum da nobis hodie.
Et remitte nobis debita no-
stra, sicut & nos remittimus
debitoribus nostris. Et ne nos
inducas in tentationem; Sed
libera nos à malo. Quia tuum
est regnum, & potentia, &
gloria. in secula seculo-
rum, Amen.

Symbolum Apostolicum.

Credo in DEum Patrem
omnipotentem, Crea-
torem cœli & terræ.

Et in JESum Christum fili-
um ejus unicum, Dominum
nostrum, qui conceptus est de
Spiritu Sancto, natus ex Maria
virgine, passus sub Pontio Pi-
lato, crucifixus, mortuus & se-
pultus, descendit ad inferna,
tertiâ die resurrexit à mortu-
is, ascendit ad cœlos, sedet ad
dextram Dei Patris omni-
potentis, inde venturus est judi-
care vivos & mortuos.

Credo in Spiritum Sanctum,
sanctam Ecclesiam Catholi-
cam, sanctorum communio-
nem,

nem, remissionem peccatorum,
carnis resurrectionem.
& vitam æternam, AMEN.

DECEM PRÆCEPTA.

Primum Præceptum.

Non habebis Deos alienos
coram me.

Secundum Præceptum.

Non assumes nomen Do-
mini DEI tui in vanum.

Tertium Præceptum.

Memento ut diem Sabba-
thi sanctifices.

Quartum Præceptum.

Honora Patrem tuum, &
Matrem tuam, ut sis longæ-
vus super terram.

Quintum Præceptum.

Non occides.

Sextum Præceptum.

Non mœchaberis.

Septimum Præceptum.

Non furtum facies.

Octavum Præceptum.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

Nonum Præceptum.

Non concupisces domum proximi tui.

Decimum Præceptum.

Non desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

De his Præceptis omnibus sic dicit DEUS, Exod. 20.

Ego sum Dominus Deus tuus, fortis Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me:

Eisa.

Et faciens misericordiam in
multa millia his, qui diligunt me
& custodiunt praecepta mea.

SACRAMENTUM BAPTISMI.

Agite in mundum univer-
sum, & praedicate Evange-
lium inter omnes creaturas. Is
qui credit, & baptizatur, ser-
vatur: & is qui non credit,
condemnatur.

Data est mihi omnis pote-
stas in caelo & in terra: Ite er-
go & docete omnes gentes,
baptizantes eos in nomine Pa-
tris, Filii & Spiritus sancti. Do-
centes eos servare omnia qui
mandavi vobis: & ecce, ego
vobiscum sum omnibus die-
bus, usque ad consummatio-
nem seculi, Amen. *SA.*

SACRAMENTUM ALTARIS.

Dominus noster Iesus Christus, in ea nocte, qua traditus est, accepit Panem, & postquam gratias egisset, fregit, & dedit discipulis suis, dicens: Accipite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, Hoc facite in mei commemorationem.

Similiter & postquam cœnavit, accepto calice, cum gratias egisset, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, hic calix Novum Testamentum est in meo sanguine, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum: Hoc facite quotiescunq; biberitis, in mei commemorationem.

BE-

BENEDICTIO MENSÆ.

Oculi omnium in te sperant
Domine, & tu das escam
illorum in tempore oportu-
no; Aperis tu manum tuam &
imples omne animal benedi-
ctione. *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto, sicut erat in principio & nunc
& semper in secula seculorum, Amen.*

Pater noster qui es in cœlis, &c.

Domine **DEUS** cœlestis
Pater, benedic nobis, &
his donis, quæ de tua largita-
te sumus sumpturi, per **JESUM**
CHRISTUM Dominum no-
strum, Amen.

Escas præsentis, benedic Deus & comedentes,
Et potum servorum, benedic Deus Alme tuorum;
Et reliquum munus, benedic Deus trinus & unus;
Nos convivantes, benedic Deus & epulantes,
Ut laudem referant, & te semper benedicant! Amen.

GRATIARUM ACTIO.

Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Qui dat escam omni carni, qui dat jumentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum. *Gloria patri &c.*

Pater noster qui es in caelis, &c.

GRatias agimus tibi Domine DEus Pater, per IESum Christum Dominum nostrum, pro universis donis & beneficis tuis, qui vivis & regnas in secula seculorum, A.

*Postquam epulis exempta fames. mensæq; remota,
Dicemus grates nos tibi summe Pater,
Non hæc humanas vires alimenta juvabunt,
Divina si non hæc foveantur ope
Namq; tuo vivunt agitata à Numine cuncta.
Afflatu spirant cuncta valentq; tuo.*

Cum

*Cumque epulas dederis, rerum Pater optime nobis,
Adde epulis vires pro bonitate tuâ
Nunc etiam gratis animis alimenta ministra,
Atque immortalis pectora pasce cibo.
Et quia cum sumus tua nos Pater optime serva,
Et studia & vitæ tempora cuncta rege.*

Psal. CXVII.

LAUDATE DOMINUM omnes
gentes: Laudate eum omnes
populi. Quoniam confirmata est
super nos misericordia ejus, & veritas
Domini manet in æternum, Halleluja.

PRECATIO MATUTINA

Mane surgens, dicas:

In nomine Patris, Filii &
Spiritus Sancti.

EGO tibi ô Pater cœli & ter-
ræ, per **J**ESUM Christum
dilectum tuum Filium, ago
gratias, quod me hâc nocte
ab

ab omni incommodo & periculo conservatum custodieris, teque rogo, ut & hoc die mei curam velis agere, & cavere, ne in peccata aut alia mala conjiciar, ut tibi & vita & facta mea placeant omnia: Ego enim me, corpus meum & meam animam, cum omnibus aliis quæ habeo, in manus tuas commendo: Sanctus tuus Angelus nusquam à me discedat, ne quid Satan in me possit, Amen.

PRECATIONES VESPERTINÆ.

EGO tibi omnipotens & misericors Pater, per IESUM Christum dilectum tuum filium gratias ago, quod me hac
die

die per gratiam tuam defen-
deris: Teqve rogo, ut mihi o-
mnia peccata condones, qui-
bus te hac die offendi; Ut item
& hac nocte mei agere curam,
& me defendere velis. Ego
enim me, corpusqve meum,
meamqve animam, cum o-
mnibus aliis quæ habeo in
manus tuas commendo, San-
ctus tuus Angelus nusquam
discedat á me, ne quid Satan
in me possit, Amen.

Vespera jam venit, nobiscum
Christe maneto,
Extingvi lucem nec patiare
tuam.

EVigila super nos æterne
Deus

Deus salvator, ne nos apprehendat callidissimus ille tentator, quia enim verè factus es nobis sempiternus adjutor, **Christe Deus noster, Amen.**

PRO PACE.

DA pacem Domine in diebus nostris: Quia non est alius, qui pugnat pro nobis, nisi tu Deus noster.

DEus à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera, da servis tuis illam, quã mundus dare non potest, pacem, ut & corda nostra mandatis tuis sint dedita, & hostium sublatã formidine, sint tua protectione tranquilla, per Dominum nostrum **JESUM Christum, Amen.**

Pro successu in studiis Oratio.

Misericors Deus, pater Domini nostri Iesu Christi, te humiliter rogamus, ut spiritus tui dona clementer nobis largiaris, quò in verâ pietate, bonis moribus & saniorum studiorum cursu quotidie proficientes, in hâc vitâ Ecclesiæ & patriæ utilia evadamus organa, & in futurâ, Te, cum sanctis tuis in æternum laudemus. Per & propter eundem Filium tuum dilectum Dominum nostrum Iesum Christum, Amen.

Benedicat nobis Dominus & custodiat nos, illuminet Dominus faciem suam nobis, & misereatur nostri, convertat Dominus vultum suum ad nos & det nobis pacem, Amen.





Handwritten text in cursive script, possibly including a name or title, with some ink bleed-through from the reverse side.

~~Handwritten text, possibly a name, with a large scribble over it.~~

Carl Magnus
Lungrun

~~Handwritten text, possibly a name, with a large scribble over it.~~

Carl Magnus
Lungrun
1650

